NIEDERSÄCHSISCHE STAATS- UND UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GÖTTINGEN

## Werk

**Titel:** Dissertatio Inauguralis, De Sacri Romano-Germanici Imperii Matricula
**Autor:** Mauritius, Ericus; Wernberger, Johannes
**Verlag:** Reumannus
**Ort:** Kiloni[i]
**Jahr:** 1667
**Kollektion:** VD17-Mainstream
**Gattung:** Dissertation:jur.
**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
**Werk Id:** PPN752286307
**PURL:** http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN752286307
**OPAC:** http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=752286307

**LOG Id:** LOG_0005
**LOG Titel:** [Thesis] XXXI. - L.
**LOG Typ:** chapter

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.
Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.
Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

## XXXI.

Pervenimus ad matriculæ effectus, probationem imprimis, quæ inde deducitur, verum illud hujus & ſuperioris ſeculi Eridos pomum. Sunt enim qui nihil probare, ac ne præſumptionem quidem, quæ momenti alicujus ſit, ſed ſaltem ſuſpicionem præbere; ſunt qui in dubio pro eâ præſumendum, eamque quaſi poſſeſſionem immediatæ ſubjectionis conferre, fiſcumque inſcriptionem matriculæ probantem fundatam intentionem habere, non modò collectarum, ſed & perſonarum reſpectu; ſunt qui ſemiplenè, nec deſunt, qui plenè probare velint. Ex iis, qui non probare exiſtimant, eſt Johannes Andreæ, *in addit. ad Speculatorem in tit. de Inſtrum. edit. §. reſtat*, ubi refert hujus opinionis Authorē quendā, Laurentiū Sillim. Baldus *in l. cùm dies. §. Si arbiter. n.3. de probat.* Jaſon *in l. Barbarius num. 56. de offic. Prætor.* & ibi Camill. Plant. *num.* 171. *& ſeqq.* Salicetus *in l. Scriniarios* 16. C. *de teſtam. milit. num.* 2. ſcribit: *ex eo, quod quis eſt deſcriptus in matricula, ut talis, ſi reperitur non etiam talis, qualis deſcriptus eſt, deſcriptio ei non prodeſt,* & P. Caſtrenſis ibi: *Multi*, aït, *poſſunt inſcribi, & tamen non ſunt*, Albericum de Roſ. quoque iſta ſententia Patronum habet, *in l. cum precibus.* 18. C. *de probat.* ubi illam veriorem dicit, & ab eâ non eſſe recedendum in judicando, Alciatus etiam *regula 3. præſumpt.* 17. *num.* 5. veriorem hanc opinionem exiſtimat, non probare matriculam, nec habere præſumptionem ſufficientem ad transferendum onus probandi in adverſarium, ſed ſolùm quandam ſuſpicionem. Tandem tamen opiniones de quæſtione hâc diverſas ita conciliat, quod pro matricula præſumatur, ſi confecta ſit authoritate ſuperioris, ſin autem ab iis, quibus non competit talis facultas creandi aliquem ex eô ordine, de quô eſt matricula, tunc eam tantùm facere quandam ſuſpicionem, non autem probare titulum. Maſcardus *de probat. concluſ.* 1038. *num.* 6. etiam Antonio de Butrio, Felino & Innocentio hanc ſententiam tribuit, & Referens aqud Gylmannum *in deciſ. l.* 2. *deciſ.* 14. *num.* 45. matriculam nec præſumptionem pro ſe habere ſcribit.

## XXXII.

Argumentis utuntur, aut uti poſſe videntur illis, *l.* 1. & *l.* 10. *ff. de Decurionibus*, ubi iſta leguntur; *ſolâ albi præſcriptione minimè Decurio-*

*rionem factum, qui ſecundùm legem Decurio creatus non ſit,* & *l. 16. C. de teſtam. milit. Scriniarios vel apparitores, qui Virorum magnificorum Magiſtrorum militum juſſionibus vel actibus obtemperant, etſi nomina eorum matriculis militaribus referri videantur, nullatenus tamen in ultimis à ſe conficiendis voluntatibus juris militaris habere facultatem decernimus.* Addunt alii, non poſſe probari, matriculas iſtas authoritate publicâ confectas & authenticas eſſe, quod neceſſariò ad probandi effectum requiratur. *l. 17. C. de fid. Inſtrum.* add. §. *pen. Inſt. quib. mod. teſtam. infirm.* Sed & apparere videtur ex ipſis Imperii Receſſibus, quam ſibi non conſtet Imperii matricula: R. A. enim de anno 1544. §. Demnach ſollen die obgedachte &c. ſancitur: daß man einen billichen gleichen Anſchlag/es geſchehe durch Ringerung der beſchwerten/ und Erhöhung der Vermüglichen/oder durch einen gantz neuen Anſchlag/ oder in andere Wege/abreden und machen ſolle. R. A. Zu Augſpurg/ annô 1548. §. Alſo auch durch die Krayßverordnete fürbracht/ibi: daß gleichwol etliche Stände in des Heil. Reichs Anſchlägen befunden/aber unbewuſt/wer dieſelben/oder welcher Ende ſie zu finden/oder ſeßhafft. Et in Imperii Receſſibus, qui iſti opinioni ſubſcribunt, nullibi conſtitutum eſſe ajunt, matriculæ Imperii credendum eſſe, quod utique non eſſet in re tanti momenti omiſſum: & docere experientiam, plurimos in Imperii matriculam relatos, qui Imperii Status non ſunt. Sed & in Comitiis ſæpius quidem conſultatum, quomodo matricula perficienda, R. A. de anno 1576. §. Demnach wir ferner &c. ibi: Was groſe Unrichtigkeit und Abgang in des Heil. Reichs Matricul ſich erregen/& porrò: Darumb auch dißmahl von ergäntzung angeregter Matricul/dann auch von exemption, moderation, und daher interponirten appellation Sachen geredt werden ſoll; eam tamen perfectionem & emendationem nondum ſecutam, acta comitiorum anni imprimis 1603. ſed & hodiernorum abundè teſtantur. Ex imperfecta autem matricula probatio vix videtur repeti poſſe: *è mundo enim, quod non eſt abſolutum vel impletum, Jus aliquem ſibi vendicare vetat l. 17. C. de fide Inſtr.*

## XXXIII.

Alii tantiſper pro eâ militare juris præſumptionem, donec contrarium probetur, & Fiſcum habere fundatam intentionem ex albo

vel

vel matricula, autumant. Ex eorum numero eſt Gailius 1. *Obſ.* 21. *n.* 9. & 11. Klockius *de contribut. cap.* 19. *num.* 17. & *num.* 30. Wurmſer. *Exercit.* 1. *quæſt.* 16. Becker *in Synopſ. juriſpubl. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 2. Wintzler *de collectis, obſervat.* 9. Fiſcalis Cameræ apud Gylmannum *deciſ. lib.* 2. *deciſ.* 14. *num.* 1. & ex exteris Seſe *deciſ. Arragon.* 143. *tota.* Eorum ſententiam adſtruere videtur *arg. cap.* 8. *cùm dilectus*, X. *de religioſ. domib.* ibi: *quod ſi Abbas in exemptionis probatione defecerit, nec legitimâ ſe poterit præſcriptione tueri. c. cum perſonæ,* 7. *de privileg. in 6to. l.* 23 *in pr. ff. de eo quod met. cauſa.* & *l.* 16. C. *de probat.* Idque ſecuti Domini Camerales in deciſionibus apud Gylmannum, voce *Matricula*, ceu docet Cameræ Aſſeſſor, qui collegit deciſiones ſeu præjudicia Cam. Imperialis apud Gylmannum voce *Matricula*, ubi docet, ex illorum ſententia matriculam Imperii tâm ſemiplenam probationem, quàm præſumptionem facere, quemadmodum ex multis præjudiciis, quæ extant in protocollis conſilii anni 1550. 1551. 1552. appareat.

## XXXIV.

Reinkingius, Gylmannus, Blumius *de proceſſu Camerali tit.* 30. §. 52. addunt etiam ſemiplenè probare matriculas, quod itidem probatum Cameræ Aſſeſſoribus, adductis præjudiciis, tradit Gylmann. At plenè probare volunt Magnif. Dn. Mylerus *de Stat. Imperii cap.* 103. *num.* 7. Limnæus *lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 67. Knipſchildt *de jur.* & *priv. Civ. Imp. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 7. & 8. Utuntur argumentis *ex l. cenſus*, 10. *ff. de probat.* Ubi Marcellus ICtus *cenſus* ait, & *monumenta publica potiora teſtibus eſſe Senatus cenſuit.* Addunt *l. hâc conſultiſſimâ* 8. C. *qui teſtam. fac. poſſ. cap. pervenit.* 30. *q.* 1. *cap. ad audientiam.* 13. *X. de præſcript.* quæ tamen admodum obſcura argumenta continent. Sed ut à poſtremâ hâc convellendâ fiat initium, ſi matricula ulla, etiam iſta anni 1521. perfectè probat, Imperator & Status facultatem contrarium probandi non conceſſiſſent. Concedunt autem in R. A. Zu Augſpurg/anno 1548. §. Und ſoll Unſer Käyſerl. Cammer-Gericht nicht allein in Sachen/ob ein Stand billich oder unbillich außgezogen ſey/ſondern auch/ob einer des Rathſchlags befreyet/darwieder/wie in ſolchen fällen recht iſt/ præſcribiret, oder ſonſt auß erheblichen rechtmäſſigen Urſachen/ ſein Hülff in das Reich zu thun nicht ſchuldig / und zu dem allen / ob er dem Gewinnenden Außzieher cum onere ſeines Anſchlags / oder frey heim-

fallen ſolle/ wie ſich daß nach Gelegenheit der Sachen aus den Actis befinden wird/ nach Außweiſung gemeiner Recht zuerkennen/ und endlich zu ſprechen haben. In eodem Receſſu non nimium fidei huic matriculæ tribui, iſta docent, quæ leguntur, §. Dieweil auch etliche Stände in die Reichs-Anſchläge kommen ſeynd/ aber zweiffelhafft iſt/ ob dieſelbige gewiß ſeyn mögen/ oder nicht. In Receſſ. Imp. anni 1570. §. Wann dann/ dicitur: Daß die Matricul einmal zu ergäntzen und richtig zumachen. Receſſ. Ratisbon. anni 1576. mentio fit der Unrichtigkeit und Abgang in des Heil. Reichs Matricul/ & additur ideò deliberandum eſſe de ejus perfectione, daß von ergäntzung angeregter Matricul/dann auch von exemption, moderation, und daher interponirten Appellation Sache geredt werden ſolte. §. Demnach wir ferners. add. Receſſ. anni 1582. §. Wann nun neben dieſen/ ibi: Wie hochnöthig ſey/daß einmal Unſers/ und des Heil. Reichs Matricul/ endlich ergäntzet und richtig gemacht würde/ adde §. Weiters als wir auch. eôd. Receſſu. & R. A. Zu Regenſpurg/ §. Demnach wir auch zum fünfften. Inſtrumenta publica probandi quidẽ authoritatem habent; ſed ut illa perfecta ſit, & ipſa perfecta eſſe oportet liquida, non de quibus confeſſione ipſorum conſcribentium conſtet eſſe emendanda, corrigenda, perficienda, augenda, minuenda, moderanda, vid. *l. 2. C. de fid. inſtrum.* adde omninò Dn. Referentem in cauſa Fiſcalis contra Abbatem zu Ritters-Hauſen/ & Ducem Brunſvvicenſem, apud Gylmannum, *tom.* I. *Symphor. ſupplicat. part.* 2. *tit.* II. *num.* 72. *& ſeqq.* Carpzovium *ad Leg. Regiam c.* 3. *ſect.* 12. *num.* 38. *&* 39. Nec ii tamen ſuam nobis ſententiam perſuadent, qui nihil planè probare matriculam nos credere jubent. Adductis textibus juris communis reſpondent jam Dn. Reinking. *de R. S. & Eccleſ. lib.* 1. *claſſ.* 4. *cap.* 1, *num.* 16. *& ſeqq.* & ante eum *ad l. Scriniarios* 16. C. *de teſtam. milit.* Referens apud Meichſnerum *tom.* 3. *deciſ.* 6. *pag.* 63. quæ non deſcribimus. Et imperfectam eſſe licet conquerantur Receſſus matriculam, non tamen eò ipſò omnem probandi vim adimunt, ſed id ſaltem inde conſequens eſt, ſolam matriculæ inſcriptionem aliquem Statum eſſe non evincere, ſi adſint, quæ opponi poſſint fortiora argumenta. Nec neceſſum eſt, ut ex Imperii Receſſibus repetatur, quæ fides adhibenda ſit ſcripturæ hujusmodi publicæ, quod ex jure communi diſcimus, quanquam nec verum ſit, nihil eâ de re legi

in Re-

in Receſſibus Imperii, vid. R. A. annô 1551. §. Nachdem auch auff angeſetzten Crayß-Tag / R. A. de anno 1576. §. Wann auch zu Francfurth. R. A. Zu Regenſpurg de anno 1594. §. Wann auch bey voriger / & cætera, quæ obiiciuntur evincere idonea ſunt, non eſſe omni exceptione majorem matriculam, non etiam, eam nihil penitus probare.

XXXV.

Rectius illi, qui præſumptionem illi tribuunt, qui fiſcum fundatam intentionē ex albo habere, contra onus probandi in adverſarium rejicere, & conſtituere in quaſi poſſeſſione volunt. De præſumptione id docet Bartolus *ad l. matriculam 3. C. de agent. in reb. n.* 4. ubi & tradit, quod ab onere probandi liberet, vid. Joh. Baptiſtam in tract. *de Statut. urbis præſcript. gloſſa* 24. *num.* 2. De quaſi poſſeſſione vide Decium, *l. penult. C. de teſtam. milit.* F. Herculanum *in tract. quis teneatur probare negativam, num.* 169. Et probare hanc opinionem non obſcurè videtur *arg. leg.* 13. *C. de Advocat. diverſ. judic.* Illud dubiô caret, in Camerâ plus ſimplici vice pronunciatum, Matriculam præſumptionem facere, quod adductis præjudiciis pluribus docet Referens apud Meichſnerum *tom.* 3. *deciſ.* 6. *num.* 20. Autor anonymus, (quē tamē conſtat fuiſſe Aſſeſſorē Judicii Cameralis) *deciſionum Cameralium*, voce *Matricula*. Eſt tamen illa præſumptio, præſūptio non Juris & de Jure, quæ ex argumētis neceſſariis oritur, ſed Juris, quâ è lege & probabilibus rationibus civilibus aliquid inducitur, ac ita inductū pro vero habetur, usquedum præſumptionibus, vel probationibus legitimè elidatur. Dn. Struv. *ad tit. D. de probat. & præſumpt. th.* 18. Sed an etiam ſemiplenè probare dicenda eſt? Meichſnerus & Gylmannus adductis locis, præjudiciis Cameralibus etiam hanc ſententiam ratam eſſe volunt. Vellemus autem præjudicia tota attuliſſent, ut de negotio tanto rectius judicare poſſemus. Cæteroquin præjudicia, niſi accuratè omnes circumſtantiæ congruant, niſi ſubjectū ſit & prædicatū idem, aut ferè idem immeritò jactantur, & meminimus, Viros praxeos peritos, ac judiciô valentes, cauſis dijudicandis per plures annos adhibitos dixiſſe, ſe totô illô tempore nunquam in cauſis civilibus duas obſervâſſe cauſas, quarum circumſtantiæ penitus congruerent. Quod ſi, quid nobis videatur, exponendum ſit, diſtinguendum putamus inter diverſos, qui exiſtere poſſunt, caſus; fieri enim poteſt, ut matriculæ

aliquis

aliquis inſcriptus ſit, quem eximere Fiſcalis velit, cui nihil ſolidi opponere poſſit eximens, & non videmus, quare pro ſemiplenâ probatione eô caſu haberi nequeat inſcriptio, imò plerumque effectus ejus major ſemiplenâ probatione eſſe poteſt; Juramento tamen ſuppletorio, quô ſemiplenam probationem alioquin ſupplent Practici noſtri, hîc locus eſſe non poterit, quod exactè rei veritatem Fiſcalis ſcire non poſſit, & cauſa non ſit modica, ſed quæ Principatus, Comitatus, Civitates Imperiales concernat. conf. Gail. *l. O.* 108. *num.* 11. *&* *num.* 27. Salicet. in *l.* 3. *C. de jurejur.* Wurmſer. *l.* 1. *tit.* 14. *obſerv.* 11. *&* 12. Sed ſi vel manifeſtò, quod fieri poſſe docet R. A. de anno 1548. eximens probet, exemptum non eſſe Statum Imperii, nec dici poteſt matricula eô caſu ſemiplenè probare. Atque ita haud dubiè interpretanda ſunt illa, ad quæ Meichſnerus & Gylmannus provocant, Cameræ præjudicia, quibus matriculæ adſcribitur ſemiplena probatio.

## XXXVI.

Matriculæ, ex quô primùm illæ literis mandari cœperunt, plures confectæ fuerunt. Unde hodiè conſtat de illâ anni 1431. 1467. 1471. 1480. 1481. *1486.* 1487. 1489. 1505. 1507. *1510.* *1521.* 1522. 1524. *1525.* 1526. 1529. 1530. 1535. 1545. 1548. 1551. 1553. 1557. 1571. 1576. præter has non eſſe alias huc uſque confectas exiſtimat Author des wolgemeinten und unvorgreifflichen Diſcurs, was bey allgemeinen jetzigen Reichs-Tag zu Regenſpurg / vermög der in beſchehener Käyſerlichen propoſition enthaltenen drey Haupt-Puncten / beyläuffig zu deliberiren vorkommen mögte. Sed quare omittit illam anni 1567. quam Beckerus edidit? Prodiit &, ſed publicâ authoritate nondum confirmata deſignatio Statuum cum adjectione onerum Ratisbonæ anno 1663. ſub Verzeichnuß / des Heil. Römiſches Reichs Teutſcher Nation, hochlöblichſter: Hoch- und wol-löblicher Stände / nach den zehen Reichs-Crayſſen / ſambt ihrem monatlich einfachen Anſchlag zum Römer-Zug; als viel man namlich in Schrifften gefunden / und berichtet worden iſt / nach dem gegenwertigen Stande des Reichs / zuſammen getragen; Einen Reuter zu 12. und einen Fußknecht zu 4. fl. gerechnet. Et Fiſcalis Cameræ Indicem Statuum exhibuit Imperatori Ferdinando in Comitiis anni 1654. cui adjecti leguntur etiam, qui nuper acceſſerunt Imperii Status, additâ ſingulis portione, quam præſtant Imperio ad Cameræ

meræ ſuſtentationem. Qui videre velit diverſas matriculas, conferat editas illas apud Limnæum, Reinckingium, Wurffbain, Wehnerum, Beckerum, & in Actis Brunſvvicenſibus, ubi antiquas plures integras, aliarum verò partes legere eſt.

## XXXVII.

In iſto matricularum numero reliquis tamē præſtat illa, quæ Wormatiæ anno 1521. Ordinum conſenſu confecta eſt. Quod docet Receſſus Zu Augſpurg anni 1551. §. Nachdem auch auff angeſetzten. Idque manifeſtius dicitur in Receſſu Imperii Ratisbonenſi anni 1576. §. Wann auch zu Franckfurth nechſt diß dubium erregt worden / welche Reichs-Matricul für augen zu haben / darauff man ſich im votiren und erkennen fundiren ſolte: Weil dann unverborgen / daß die Matricul im Jahr / der mindern Zahl zwantzig ein / mit Rath und Bewilligung gemeiner Ständen auffgericht / für Unſer und des Heil. Reichs gerechte und gewiſſe Matricul zuhalten / davon auch in Unſern und des Reichs-Abſchieden / Annô, &c. 51. 56 und 66. Zu Augſpurg publiciret, meldung beſchicht: So ſetzen und erklären wir / daß derſelben Matricul im votiren und erkennen zufolgen / und alle und jede Stände darinn begrieffen / bey denſelben Anſchlägen zu laſſen / was und ſo viel daran / durch die vorige im Jahr / &c. 45. 57. und 71. geweſene Moderatorn (doch den interponirten Appellationibus ohn nachtheil) oder durch nechſtkünfftige Moderatorn oder Deputirten nicht geändert würde / darnach dann dieſelbige erſte Matricul endlich ergäntzt / und richtig gemacht werden ſoll. In eandem ſententiam diſcedit Receſſus Imp. anni 1594. §. Wann auch bey voriger Tractation diß dubium erregt worden / welche Reichs-Matricul vor Augen zu haben / darauff man ſich im votiren und erkennen fundiren ſolte: Weil dann unverborgen / daß dieſe Matricul im Jahr der mindern Zahl zwantzig eins / mit Rath und Bewilligung gemeiner Stände auffgericht / für Unſere und des Heil. Reichs gerechte uñ gewiſſe Matricul zu haltē / davon auch in Unſern / und des Reichs-Abſchiedē / Annô, &c. fünfftzig eins / funfftzig ſechs / uñ ſechtzig ſechs / zu Augſpurg / und Annô, &c. ſiebentzig ſechs zu Regeſpurg / auch jüngſt Anno, &c. 82. Zu Augſpurg publiciret, meldung geſchicht: So ſetzen und erklären wir / daß derſelben Matricul im votiren und erkennen zufolgen / und alle und jede Stände darinn begrieffen / bey denſelben Anſchlägen zu laſſen / was und ſo viel daran durch die vorige im Jahr

viertzig fünff/funfftzig ſieben/ſechzig ſieben/ ſiebentzig eins/ und ſiebentzig ſieben/geweſene moderation, (doch den interponirten Appellationibus ohne Nachtheil) oder durch nechſtkünfftige Moderatorn, oder Deputirten nicht geändert würde/darnach dann dieſelbige erſte Matricul ergäntzet und richtig gemacht werden ſoll. Electores Imperii Ratisbonæ, 20. Aprilis, annô1641. in Ihren Gutachten/ quod extat pag. 8. des Fürſtlichen Ertz-Biſchofflichen Brehmiſchen Nachtrabs/ de hâc matriculâ: die Reichs-Matricul / ajunt,ſo mit aller Ständt des Reichs conſens annô 1521. auff den Reichs-Tag zu Wormbs renovirt und confirmirt, darnach man ſich in vorfallenden Reichs-Sachen in erkennen und votiren / (wie ſolches der allhie im Jahr 1576. §. und wollen wir &c. verfaſſete Reichs-Abſchiedt klärlich außweiſet) richten ſolle. Adde in Actis Brunſvicenſibus part. 2. pag. 1102. quæ diſſerit eâ de re Vir eruditus, conſilii illius Author, Authorem des Abdrucks p. 73. Reinking. *de R. S. & Eccleſ. l.* 1. *claſſ.* 4. *cap.* 1. *num.* 23. Arumæum *de comit. cap.* 8. *num.* 63. *p.* 639. Wehner. *pract. obſerv.* voce *Matricul.* Knipſchildt. *de jur. & privil. Civit. Imp. l.* 1. *cap.* 12. *num.* 9. & 10. & *lib.* 2. *c.* 17. *num.* 72. Petr. Denaiſ. *jur. Cam. tit.* 191. §. 9. Limn. *lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 84. Juſtum Sinold *in* Colleg. *jur. publ. D.* 6. *th.* 2. *l. d. & v.* 2. *Diſp.* 4. *th.* 15. *l. a.* Goldaſt. *de regn. Bohem. l.* 2. *cap.* 17. *num.* 12. Dn. Tobiam Oelhafen von Schöllnbach *in templo pacis, Orat.* 4. *p.* 177. Becker. *in Jur. publ. l.* 3. *c.* 2. *n.* 3. Joh. Theod. Sprenger. *in Juriſprud. publ. p.* 185. Eaque etiam ratio habita tum in ſolutione ſummæ illius, quâ dimiſſus eſt miles Suecicus, in der Schwediſchen Satisfaction Bewilligung/ vid Pflaumerum in Colloquio von etlichen Reichs-Tag Puncten/ p. 65. ſed & aliis Imperii neceſſitatibus urgentibus idem obſervatum meminimus.

## XXXVIII.

Quod tamen monet alicubi Vir doctus, daß die Matricul von anno 1521. vor die Käyſerl. Mayeſt. und deß Heil. Reichs gerechte und gewiſſe Matricul zu halten/ jedoch nicht ohne Unterſcheid / ſondern wie Käyſerliche Mayeſtät/ Churfürſten und Stände die Dinge ſelbſten verſtanden haben wollen/ nemlich cum exceptione, vorbehaltener fernerer Rectification, auch ergäntzung derſelben/ id minimè hoc loco negligendum eſt; Inſerti enim ſunt etiam huic matriculæ Epiſcopatus Sleſvicenſis, quem tamen ad Imperium non pertinere, Domus Holſatica anno

1587.

*1587. 20.* Martii, in Camerâ Imperiali obtinuit, vid. Limn. *tom.* I. *addit. ad. l.* 4. *cap.* 7. *pag.* 491. & Caminenſis, de quô itidem conſtat, non pertinere ad Imperium, vid Matth. Steph. *l.* 3. *de* Juriſdict. *p.* I. *cap.* 9. *n.* 19. Juſtus Sinold, cognomentô Schütz *de Statu Rei Romanæ vol.* 2. *Diſp.* 4. *th.* 15. *l. a.* Limn. *tom.* 2. *addit. ad lib.* 4. *cap.* 7. *pag.* 271. Abbas Ritterſhuſanus, quem tamen non eſſe Statum, pronunciavit Cameræ Imperialis judicium, *in Actis Brunſvicenſibus part.* 2. *pag.* 1078. Et eſt de illa emendanda & perficienda non ſemel actum in Imperio, ac inſignem catalogum eximendorum annô 1548. in ipſis comitiis exhibitum eſſe conſtat, ſed & non æqualiter aſſignatas eſſe contributiones etiam in iſtâ matricula Imperii Statibus, proximis mox annis ad noſtra uſque tempora conqueſti ſunt Imperii Status. Unde tot natæ in Imperio de moderanda matricula deliberationes. Quid? quod nec legi ibi poſſint Status, qui hanc dignitatem deinceps demum, circa finem ſuperioris ſeculi, aut noſtrô hôc ævô adepti ſunt, unde longè plures enumerantur in illâ, quam exhibuit Fiſcalis Cameræ annô 1654. cui adſcripti etiã ſunt Status recentiores, & Civitates novam hanc matriculam inſciis & abſentibus Civitatum Deputatis confectam, ex intervallo ſibi oblatam, non recepiſſe, aut approbâſſe, quin potius eidem contradixiſſe, & proteſtando jus ſuum ſartum tectum conſervâſſe, quæ proteſtatio non rejecta fuerit, ſed in archivo Civitatum Imperialium, quod Spiræ eſt, authentica conſervetur, tradit Klockius *de contribut. cap.* 19. *num.* 66. quem ſequuntur Knipſchildt. *de jur. & privil. Civit. Imp. l.* I. *c.* 12. *num.* 14. Limn. *tom.* I. *addit. ad. l.* 1. *cap.* 7. *num.* 82. Unde facilè eſt colligere, quid de illorum Doctorum enunciato ſentiendum ſit, qui matriculam etiam negativè probare volunt.

XXXIX.

Venit & illud non ſemel, imprimis in cauſa Brunſvvicenſi & Bremenſi, in controverſiam, an antiquiorum matricularum poſt approbatam illam anni 1521. nullus amplius uſus ſit, ac adeò illæ abrogatæ ſint. Ita Knichen exiſtimare *in Encyclop. cap.* 7. *fol.* 21. vult Limnæus *lib.* I. *cap.* 7. *num.* 71. Ipſe Limnæus eôdem locô *num.* 80. *Antiquiorum*, ſcribit, *matricularum non levis conſtituitur authoritas, quæ tamen apud me tanti ponderis non eſt, ut eas recentioribus præferam, hoc caſu, ſi in antiquis vel civitas aliqua, vel Princeps conſignatus reperiatur, in recentioribus verò omiſſus*; adducit rationes iſtas; I. quod Fiſcalis

propriâ Imperii turpitudinē allegaret, ſi negligenter omiſſum Statū aliquem diceret, II. quod matriculæ Statuum omnium conſenſu conficiantur, & in omnium notitiam perveniant, & omnium, ut credibile ipſi videtur, ſubſcriptione, convalidentur, ut ſi cujusquā nomen omiſſum, ſuâ mox diligentiâ ſibi & Imperio proſpicere poſſit. III. adducit *arg. cap. ex literis 3. X. de probation.* & IV. *l. 47. ff. de legat.* 3. Dn. Reinkingius in cauſâ Bremenſi planè quoque rejicit antiquas iſtas: ita enim legitur *in Aſſertione jurium ArchiEpiſcopalium*, cujus ipſe Author eſſe creditur, *p.* 54. In den Reichs conſtitutionen iſt klärlich verabſchiedet / daß man in vorfallenden Irrungen und dubiis nicht die alten unrichtigen / und in viele Wege in communi Procerum conſilio irrig befundene / ſondern obangeregte publicâ Imperatoris & Statuum authoritate rectificirte Reichs-Matricul de anno 1521. pro norma & cynoſura zu halten. Et *pag.* 60. Nachtrabs: Es iſt nicht wenig zu verwundern / daß der Bremiſche abgeordnete Syndicus zu Regenſpurg nicht allein vor ſich ſolche verworffene Reichs-Matriculn contra *l. 2. ff. ad L. Cornel. de falſ.* & *l. 2. §. 19. C. de vet. jur. enucl.* anziehen dörffen / ſondern auch den guten alten Reichs-Fiſcal dahin perſuadiret / und verleitet / daß ohn erachtet derſelbe auff obangezogene Reichs conſtitutiones, und darinn authentiſirte Reichs-Matricul beeydet und verpflichtet / und derowegen / was in den pragmaticis Imperii conſtitutionibus und Reichs-Geſetzen vernichtet und verworffen / ſalvâ conſcientiâ ſub prætextu officii, nicht anziehen kan / dannoch ſo weit hintergangen / daß er angeregte conſtitutiones und jura zuruckgeſetzt / und in ſeiner angemaſſten nichtigen / aber nicht acceptirten Klage / mit den Bremenſibus die abrogatas matriculas hervor ſuchet &c. adde Authores deß Abdrucks in eâdem cauſâ *pag. 76.* atque Cothmannum antiquas illas ideo fugitivas appellare, ſcribit Gottlieb von Hagen / in Comitiologia Ratisbonenſi *part. 3. diſſ. 4. num. 89.* At ex adverſo Gailius *lib. 1. obſ. 21. num. 11. ſufficit*, ait, *ad probandam quaſi poſſesſionem Imperii eximendum matriculæ inſcriptum, adeoque ſemel & antiquitus inſcriptum eſſe, licet in poſterioribus matriculis nomen ejus non amplius reperiatur, quia hoc Imperio fraudi aut nocumento eſſe non debet, niſi legitimè probatum ſit, eum Cæſaris & Statuum voluntate ex matriculâ deletum eſſe, quod ſine nota exiſtimationis & dignitatis vix fieri poteſt. Baldus in d. l. ſcriniarios, num. 1. & in l. ſi præſens. num.* 5. C.

quom.

*quom. & quando Jud. utrobique dicit per illum textum, quod minus ritè deletus ex matriculâ, pro non deleto habeatur, & quod matricula cancellata probet pro eo. Paria enim ſunt, aliquid non fieri, vel minus legitimè fieri, text. in l. quoties. ff. qui ſatisd. cog. & in l. de ætate, §. nihil intereſt, ff. de interrog. act. cum ſimilibus.* Author *Comitiologiæ Ratisbonenſ. alleg. loc.* In Sachen N. contra die Stadt N. haben die Fürſtliche Miniſtri dieſe Meinung gehabt/ daß die zu Wormbs auff den Reichs-Tage Anno 1521. verfaſſete matricula Imperii allein pro authentica, und daß die jenigen/ ſo darein nicht eingeſchrieben/ auch für keine Reich-Stände zu halten. Die andern Matriculæ, ſo älter ſind/ werden von dem Cothmann fugitivæ, von Doctor N. Schartecken genennet: So man anders nur auch das geringſte/ was auff Keyſer/ Churfürſten/ und Reichs-Stände ſich bezeucht/ alſo ſchelten mag. Auff dieſe weiſe dörffte einer auch wol die alte Cammer-Gerichts-Ordnung de Anno 1500. eine Schartecke heiſſen/ darumb daß ſelbige/ als unvollkommen/ hernach Annô 1555. durch eine andere verbeſſert worden, und die jetzige pro unicè authentica gerühmete Matricul de anno 1521. noch auch reformiret/ und verbeſſert werden muß/ und wird. Unter deß iſt diß kein recht Argument: dieſer/ oder jener iſt in der Matricul de Anno 1521. nicht genennet: Ergò iſt er auch kein Stande des Reichs. Dañ dißfals nicht darauff zuſehen/ daß einer in bemeldter Matricul nicht begrieffen/ ſondern diß iſt die Frage: Ob er nicht billich darein geſetzt und begriffen werden ſollen? Solches negativè geflochtenes Argument oder Enthymema hat keine rechtfolgende Conſequens, ſondern dieſer Schluß iſt logicaliſch. Welcher Stand in der jüngſten Matriculâ Imperii de Anno 1521 expreſsè nicht genandt/ auch ſonſten per alia documenta & jura das prædicat eines Reichs Standes nicht behaupten kan/ derſelbe iſt für keinen Stand des Reichs zu achten: Atqui ſubſumo: Wiewol N. in mehr geſagter Matricul de Anno 1521, nicht ſtehet/ dieweil Er aber zum Beweiß des Reichſtändiſchen prædicats andere beſtändige Uhrkunde und rationes vorzubringen hat/ ſo folget darauß/ ob er gleich in d. Matricula nicht begriffen/ daß er dannoch darumb nicht flugs für einen Unſtand/ ſondern vielmehr für einen Stand des Reichs zuerkennen ſey. Zumahlen da er in viel ältern matriculis, und Actis Imperii, als ein Reichs-Stand zu finden. Idem ſentit Speidelius *in Speculo*, voce *Matricula*: Atque hanc quoque ſententiam eſſe Judicii Aulici, & Cameræ Aſſeſſorum vix

ambigimus, quod Gailius utroque munere per plures annos functus ſit, & Fiſcalem Cameræ antiquis matriculis niti, ipſe Dn. Reinking. agnoſcat. Nec idonea ſunt Limnæi illa, ut hanc ſententiam convellant: nam in tanto Statuum numero & tot circa illorum conditionem controverſiis, quod verum eſt, fateri, omiſſos eſſe aliquos, aut omitti potuiſſe, nullam noſtrô judiciô turpitudinem habet, & ad comitia evocari quidem debent Status omnes; ſæpè tamen eâ in parte hodieq; peccari, alios omittendo; alios verò qui vocari minimè debuiſſent, vocando, Epiſtola Rudolphi Imperatoris ad Alexandrũ Papenheimiũ, annô 1607. ſcripta, quæ extat in fine *Actor. Brunſvvicẽſiũ*, abundè idonea eſt evincere. Quomodo ergò eorum, quæ ignorãt geſta eſſe, rationem habere poſſunt abſentes? Capitulum verò & lex adducta à Limnæo nihil penitus, quod inſpicienti conſtabit, contra Gailium evincunt. Interim fortiori argumento pugnabit, qui ſe inſertum probat matriculæ anni 1521. quam qui antiquiori alicui; licet hiſce propterea fides omnis deroganda minimè ſit.

## XL.

Videamus etiam, antequam hinc digrediamur, quid potiſſimum cauſæ ſit, quare tantô jam tempore nullus nobis ſit exactus, vel Statuum ipſorum, vel eorum, quæ ipſi Imperio præſtant, onerum Index. Explicabimus verò illud non noſtris, ſed quod in re difficili ſecurius exiſtimamus, aliorum verbis; Limnæus *tom. 1. addit. ad* Jus *publicum cap. 7. num. 70.* ex Heinrico Bruningio *de variis Univerſit. ſpecieb.* in eam ſententiã *quod cum olim*, ſcribit, *Status & Civitates per Edictũ ad Comitia Imperialia vocarentur, licuerit omnibus, ad quos notitia perveniebat, ad comitia venire: Sed poſtquam Status omnes, Friderico III. clavum tenente, per literas vocari cœperunt, multi in* Cancellaria *Cæſarea, ex illis, qui antea ad curiam veniebant, neſcio quâ de cauſâ omiſſi fuerint. Quam occaſionem Principes arripientes, Status tenuiores & nonnullas civitates exemerint: quæ etiam non invitæ citatoriis libellis præteriri ſe paſſæ, ut hôc pactô mitigationem & exemptionem onerũ*, der gewiſſen Anſchläge, *impetrarẽt, & tolerabiliores fierẽt illæ, contributiones quæ ad peculiares Cæſaris expeditiones conferuntur.* Hermannus Conringius *de Civibus Imp. Germ. th. 47. & ſeq. initiô*, ait, *vix potuit error evitari. Erant ſcilicet illis primis temporibus res Imperii in denſiſſimis tenebris, & omnia adhuc barbaries infeſtabat. Adhoc multorum intererat, ut ampliaretur quàm maximè*

ximè Ordinum numerus, non tam ſtudiô quôdam Reipublicæ juvandæ, quàm quo in plures diviſô publicô tributô ipſi minùs onerarentur. Sed & maluerunt multi in Imperii potius, quàm in provinciæ alicujus ærarium ſuam pecuniam conferre: ſibi eò & dignitatis multum & libertatis accreſcere haud ineptè colligentes. Acceſſerunt Cæſarum Ordinumque varia circa hanc rem & occulta ſtudia. Enimverò intereſt hodiè Cæſareæ authoritatis, ut creſcat numerus Ordinum, cumprimis verò omne quod in provinciis eſt robuſtisſimum, in hunc cenſum tranſeat. Vires enim ac opes regni non in paucorum ſed plurimorum eſſe manibus, ſalus Regia eſt. Quin ipſæ inter multos de libertate civicâ contentiones, cùm parandæ, tùm conſervandæ Regiæ authoritatis maxima ſunt adminicula. Ex adverſo Ordinum quisque ſibi mavult alium ſubjectum, quàm toti Imperio: ſed tamen & vicinus vicini ſententiam ſuſpectat. Itaque & inter ipſos illos Ordines occultis hoc in negotio eſt odiis, aut amoribus certatum haud leviter. Hisce de cauſis effectum ſanè eſt, uti hodieque omnis hæc res perſit impedita. Namque primis quidem illis in conciliis â temporibus Sigismundi Cæſaris plures eſſe errores commiſſos, vel ex eô ſtatim apparet, quod in omnibus ferè comitiis alia atque alia ſit matriculæ ſive albi Ordinum ratio. Facilè hoc cuivis eſt perſpicere, ſi libeat contendere matriculas (quas appellant) conciliorum anni 1431. 1467. 1471. 1480. 1481. 1486. 87. 89. 91. 1507. Liquet enim multos Ordinibus eſſe accenſitos, qui alibi omittuntur. Tum verò certum eſt, (ut unum hoc adducam ſolummodò) concilio 1471. inter alia ſubſcriptum eſſe: Goßlar / Herr Johann Buchholtz mit gewalt Braunſchweig / Hildesheim / Göttingen / Eimbeck / Hannover und Hammelen / & tamen in nullâ matriculâ nomina plerarumque harum urbium inveniuntur; imò nunquam aliàs comitiorum Imperii jure pleraſque eſſe uſas certiſſimum eſt. Hactenus illi, quorum pleraque à vero minimè abludere videntur.

## XLI.

Diximus matriculas confectas eô fine, ut doceant, qui Status ſint Imperii, & quid quisque contribuat ad Imperii uſus. Ut autem querelæ ratione perſonarum, quæ vel inſertæ, vel omiſſæ ſunt, extiterunt, quod commemoravimus, variæ, ita non defuerunt, etiam proximis poſt confectam illam anni 1521. qui æqualitatem neglectam, & alios aliis graviori onere aſſignatione portionis præſtandæ gravatos, in publicis comitiis conquererentur. Ut res exactius cognoſcatur, intereſt hîc ex

Re-

Receſſibus Imperii, quid eô nomine in Comitiis vel alibi actum ſit, perſpicuâ ſerie ad noſtram usque ætatem exponere. Jam anno 1522. non defuerunt, qui publicè exponerent, iniquiorem ſuam conditionem factam per Wormatienſem matriculam annò 1521. confectam; Intereſt eâ de re audire legatos, Salisburgenſem, Bambergenſem, Ratisbonenſem, & Paſſavienſem, in der Information Schrifft auff den Reichs-Tag zu Regenſpurg annò 1641. Denen Chur- und Fürſtlichen / auch übriger Stände Geſandten und Bottſchafften übergeben: als/ajunt illi, Käyſer Carl der V. Glorwürdigſten Andeckens/erwehlet/iſt auff dem Reichs-Tag zu Wormbs annò 1521. ein neuer Anſchlag der Stände auff dazumal verwilligte 4000. Pferd und 20000 zu Fuß / gemacht worden. Dieweiln dann ſolche dazumal geſchehene Verwilligung der neu erwehlten Römiſchen Käyſerlichen Mayeſtät zu ſonderbahren Ehren/zu einholung und erlangung der Käyſerlichen Cron/ und ſonderbar auch zu dieſem Ziel und End geſchehen/damit daß jenige/ ſo den Reich entzogen/und lang in frembden Handen geweſen/widerum erobert / und zu dem Reich gebracht würde; So haben ſich etliche Stände des Reichs / zu Bezeugung ihrer ſonderbahrer gegen der Käyſerl. Mayeſtät und dem hochlöblichen Vornehmen habender devotion, vornehmlich eifferigſt / getreu und freywillig erzeigen / und ſich nach allen ihren Vermögen kräffteiglich angreiffen wollen: Darunter dann Herr Cardinal Matthäus/ damals regierender Ertz-Biſchoff zu Saltzburg/ und der übrigen intereſſirte Fürſten geehrte Vorfahren geweſen/ und ſo viel deſtomehr/ dieweiln dieſe Hülff auff kein beſtändiges/ ſondern allein auff 6. Monath verwilligte 24000. Mann geſtellt geweſen: Daß aber die intereſſirte Fürſten ſich auff die hierüber gemachte/den Ertz- und Stifftern aſſignirte/und in die Matricul gebrachte Außtheilung eigentlich und ſpeciatim eingelaſſen/ das will ſich bey den Reichs-Acten nicht befinden. Dahero/und als hierauff der Erbfeind/in dem Königreich Hungarn/mit groſſer Macht vorgebrochen/und der König Ludovicus umb eilende Hülff bey den Ständen gantz inſtändig anlangen laſſen: ſo iſt auff den nechſtfolgenden 1522. Jahrs zu Nürnberg gehaltenen Reichs-Tag geſchloſſen / daß vorgedachte zu der Römiſchen Käyſerlichen Mayeſtät expedition in Italien beſchehene Bewilligung der 24000. Mann/zum Widerſtand des Türcken verordnet werden ſolten / dergeſtalt/ daß ein jeder Standt anderthalb viertheil dem Anſchlag nach/an ſolcher Hülff erſtatten/und folgends in der Verwilli-

willigung abziehen ſolle/ und wann es auſſerhalb continuation der allbereit zu Wormbs geſchehenen Verwilligung geweſen/ ſo hätte man ſ dazumaln/ hindangeſetzt deſſelben Anſchlags/ ſich einer andern Anlag verglichen / als dabey man in Anſehung der von den beſchwerten Ständen eingebrachten beweglichſten Erinnerung nicht wenig angeſtanden/ und wie die formalia lauten/ allerhand mängel / und ſo viel befunden / daß dahero zwiſchen den Ständen Haß und Widerwillen erfolget/ und an Ihme ſelbſt nicht treulich/ zimlich/ noch billich/ daß hierunter nicht gebührlicher Unterſcheid ſolle gehalten werden.

## XLII.

Sequenti annô 1523. cum contra Turcam auxilia, urgente neceſſitate, ſummâ celeritate decernerentur, resque illa moram non admitteret, quæ ſufficeret emendandæ matriculæ, promiſſum fuit Statibus, deinceps nihil contribuendum eſſe ad Imperii uſus, niſi aſſignatis æqualiter oneribus pro cujusq; conditione & viribus, teſtaturque id Receſſus Norimbergenſis anni 1524. §. Item wiewol. Poſt biennium cùm iterum rogarentur ſubſidia contra Imperatorē Ottomannicum, in Comitiis Spirenſibus aliquot Imperii Status iterum gravaminum ſuorum contra Matriculam mentionem injecerunt, ac repetita priora promiſſa Norimbergæ facta, conſtat ex receſſu anni 1526. §. Itē als auff den Reichs-Tag. Cum nihil interim mutareretur, annô 1529. Comitiis Spiræ habitis Ferdinandus Rex & Status reliqui, cum iis, quorum durior per matriculam videbatur facta eſſe conditio, egerunt, ut iſtâ etiam vice ad modum in matricula præſcriptum ſuam portionem conferrent, de cætero curæ fore imperio, ut eorum, quæ deſideraſſent, haberetur deinceps ratio. Repetitæ querelæ & promiſſa Receſſ. Imp. annô 1530. in comitiis Auguſtanis, §. und wiewol auff den andern. ubi ſimul conſtitutum, è quovis circulo Delegatum mittendum Spiram, qui cum reliquis Imperatoris & Statuum eò deſtinatis Viſitatoribus & Commiſſariis querelas eorum, qui conditionem ſuam iniquiorem arbitrabantur, audirent, & novum indictionis in Imperio modum præſcriberent. Dilata nihilominus res in Comitia Ratisbonenſia annô 1532. ubi Commiſſariis & Deputatis injunctum, ut moderationis matriculæ negotium primô quoque die promoverent. Prætericrat decennium, nec tamen facta medela, quare renovatæ querelæ in Comitiis Norimbergenſibus annô 1542. quæ cum æquiſſimæ reputarentur à reliquis Imperii Statibus,

bus, Receſſ. Imp. §. Darauff dann. inſertum fuit, pauperioribus à ditioribus reſtituendum, ſi quid amplius expoſuiſſent, ut hâc ratione tantò exactius, in Imperio ſervari poſſit æqualitas. Spiræ deinceps annô *1554.* conventum ſuit, ut ſi qui Status reſpectu aliorum nimium contribuiſſent, illi deducerent ex proximis ſubſidiis, quod nimium ſolviſſent, & additus modus, qui, ut moderatio matriculæ rectius perficeretur, commodiſſimus viſus eſt. Quinimò ut apparet ex Receſſu anni *1548.* eò tempore circa indictiones nonnihil mutatum eſt, exiguô tamen Imperii Statuum commodô, cum nonnulli conquererentur, ſibi immeritò aliquid oneris additum, alii ſibi nihil detractum, unde factum, ut nonnulli Status contra hanc reformationem proteſtarentur, aliqui verò ad triennium ſolùm illam acceptarent, quæ cauſa fuit, ut comitiis iſtis anni *1548.* unicuique relicta ſit integra poteſtas, deſiderium ſuum locô convenienti iterum proponendi, & moderationem petendi; vid. d. Receſſ. §. Ferner wiewol *&c. cum ſeqq.* Inter alia tunc temporis conſtitutum, ut, ſi qui ſe pluris quàm oporteat publicis Imperii tabulis cenſos arbitrati fuerint; hi ejus rei querelam ad circulum ſuum deferrent: is per Delegatos de cauſis gravaminum inquireret, atque alios iis decidendis deputaret. Relevandi cauſæ juſtæ eſſent; ſi cui quid de territorio poſt factam æſtimationem deceſſerit, ſive inſignis quæpiam calamitas acceſſerit. Moderationis inſuper arbitrium bonô & æquô niteretur: quid quantumque de cenſus cujusque capite demi debeat, nominatim exprimeretur; idque ipſum iis, ad quos ea res, de quâ agitur, pervenerit, adſcriberetur: atque ita novæ utrique tabulæ conficerentur; ſin vero cauſæ petendi improbabiles exiſtimatæ fuerint, moderatio negaretur, quomodo hæc ipſa ex d. Receſſ. deducit Petrus Denaiſi *jur. Camer. tit.* 191. voce *Moderationum cauſa.* Quod ipſum repetitum intelligitur, & ulterius declaratum R. A. annô *1555.* §. Und demnach ſolcher/ R. A. annô *1566.* §. gleicher geſtalt die Urſachen: ubi etiam explicatur, quid nomine inſignis cujusdam calamitatis, cujus in Receſſ. annô 1548. mentio, veniat.

## XLIII.

Poſt triennium in Comitiis Auguſtanis anno *1551.* cum nondum conqueri deſiiſſent Status gravati, id tamen ſolùm obtinuerunt, ut reviderentur, quæ circa hoc negotium placuerant, annô 1548. & explicarentur & declararentur; executio tamen usque in ſequentia Co-

mitia

mitia annô 1555. ſuſpenſa, unde gravati denuò ſupplicem libellum exhibuerunt, atque tum quidem omnes Imperii conſtitutiones in hâc cauſâ editæ hactenus, renovatæ, & Receſſui Imperii inſertæ ſunt; cùm tamē ne ſic quidem inſigne aliquod commodū inde ſentirent gravati ii, qui ſupplicem libellum exhibuerunt, denuò annô 1560. repetierunt deſiderium, ac placuit tum peculiarem huic negotio deſtinari conventum; ubi omnes tàm illi, qui hactenus querelas ſuas expoſuerant, nec moderationem obtinuerant, quàm qui auditi nondum erant, cauſam ſuam iterum exponerent. Sed nec ſic quidem negotium illud perfici potuit, unde orta haud mediocris in Imperio confuſio, cui ut remedium afferri poſſet, comitiis Annô 1570. Status univerſi Imperatorem rogârunt, ut ſolicitus eſſet de emendanda & de integranda matricula, dict. Receſſ. §. Alſ wir dann weiters. Placuit quidem tum mox anno inſequenti Francofurti peculiarem conventum Deputationum inſtitui, ubi Statuum querelæ & gravamina cognoſcerentur, ac interim in circulis, quid cui poſt factam æſtimationem anni 1521. deceſſerit, accuratè inquiri, ut pro ratione circumſtantiarum Indictiones moderari poſſent; quod ſi gravato hâc ratione ſatisfactum non fuiſſet, ei integrum erat provocare ad Commiſſarios Imperatoris & Statuum legatos, qui Francofurti convenire debebant. Convenerunt quidem Deputati Francofurtum, ſed re infectâ diſceſſerunt, quod dicerent inquiſitiones & documenta ex circulis Imperii huic rei definiendæ transmiſſa, manca admodùm & imperfecta hactenus eſſe. Anno 1576. ut oſtendit Receſſus Ratisbonenſis, §. Demnach wir ferners/ iterum memoria hujus rei injecta, & concluſum, proximô annô Deputationis & Moderationis conventum peculiarem habendum. Adfuerunt quidem Moderatores, ſed dilatum nihilominus negotium usque ad Comitia Ratisbonenſia anni 1582. ubi tamen aliud nihil actum, quàm quod poſt priſcos Receſſus renovatos, nova Deputatio Spiram remiſſa, & formula concepta fuit, quomodo Deputati Moderatores conſtituendi, & juramento adſtringendi ſint, vide hîc Authorem der Grundfeſte des Heiligen Römiſchen Reichs/ p. 313. ubi tamē per errorem adducitur Receſſus anni 1583, quô tempore Comitia nulla fuerunt, pro anno 1582. Receſſus nihilominus anni 1594. §. Demnach wir auch zum fünfften/ docet, nec tum quidem rem ex voto ſucceſſiſſe, Es iſt/ ait, wegen allerhand verſpürter mängel ſolch hochnothwendig Werck erſitzen blieben. Iisdem

comitiis, ut apparet ex Receſſu, §. Demnach dann. æquum judicatum fuit, quia nonnulli Imperii Status bonorum ſuorum jacturam fecerint, illaque in aliorum poteſtatem pervenerint, ut ipſorum hodierni poſſeſſores eô nomine Imperii collectas ſolvant; ſed & poſt repetitos antiquos moderationum Receſſus, Commiſſariis & Deputatis inſtructio concesſa fuit, quomodo in moderationis negotio procedendum, & imprimis ipſis injunctum, ut æqui & boni habeant rationem. Anno 1603. matriculæ in Cæſarea propoſitione & Statuum conſultatione habita fuit ratio, eô effectu, quod tractatus per Deputatos reasſumendi, inquiſitio in Circulis inſtituenda juberentur. Comitiis demum Ratisbonenſibus anni 1641. collectæ Imperii ſolutæ ex præſcripto matriculæ, iis tamen, qui reliquis amplius pro opum & virium ratione ſe conferre crederent, permiſſum, ut paupertatis ſuæ & calamitatum Imperatori indicium facerent, additâ ſpe ſecuturæ moderationis. Conventu tandem Monaſterienſi & Osnabrugenſi iterum habita fuit matriculæ ratio, factâ tamen denuò ſpe moderationis. Receſſu poſtremô annô 1654. de eod. negotiô conſtituta ſunt, quæ ipſis verbis Receſſus hîc exhibemus, & quidem in §. 176. hæc habentur: Weil aber verſchiedene Ständ und inſpecie die Reichs-Städt in angedeutem quanto ſich nicht ehender verſtehen wollen / biß die in puncto moderationis matriculæ hernach bedingte Erkündigung zur Richtigkeit gebracht / und damit die nothwendige Verfaſſung hierdurch nicht gehindert werde / ſoll aller müglicher Fleiß angewendet werden / damit ſolche Erkündigung noch vor dem erſten Septembris bey den jenigen / welche ſich zu dieſem nothwendigen Werck dißfalls beſchwert befinden / für die Hand genommen und erörtert werden / entzwiſchen aber ſollen dieſelbige nach der alten Reichs Matricul ihre quotas mit beyzutragen ſchuldig ſeyn. Conſimilia leguntur in §. 187. damit aber auch die hinterbliebene und auff nechſtkünfftige gemeine Reichs-Verſamblung verſchobene Materien / ſonderlichen aber die / zu welcher Erledigung ein mehrere Information auß den Crayßen vonnöthen / bey künfftigen Reichs-Tag deſto beſſer und geſchwinder richtig gemacht werden mögen. So wollen wir immittels / wie wir Uns mit Churfürſten und Ständen deßhalben verglichen / an alle Crayß außſchreibende Chur- und Fürſten gnädigſte Erinnerungs Schreiben außfertigen und abgehen laſſen / damit in puncto moderationis matriculæ bey jedem Crayß gebührende Information eingezogen / und hiebey

dem

dem Reichs-Abſchied de Anno 1582. nachgegangen / nicht weniger der Müntz halber nothwendige probation Täg angeſtellet und gehalten / auch der über dieſe beyde Puncten von jeden Crayß verfaſſeter Bericht Uns / und Unſers lieben Neven des Churfürſten zu Maintz Liebd. bey Zeiten und ſo bald möglich / was aber ein jeder Crayß wegen guter Policey zu verordnen / vor rahtſahm anſehen wird / nach Franckfurth zu obgemeldter Ordinari Reichs deputation fürderlich überſchickt werde. In his ipſis, quæ hodieque durant, Comitiis, non ſemel incidit etiam moderationis hujus mentio, interim ſubſidia in Hungariam miſſa ad matriculæ normam comparata fuêre, an autem horum comitiorum ea ſit futura felicitas, quæ difficili negotio conficiendo ſufficiat, tempus docebit.

## XLIV.

Reliquum eſt, ut *de exemptione* nonnihil adjiciamus. *Exemptio* autem hæc deſcribi poſſe videtur, quod ſit, *quâ Imperii Status ab immediatâ ejus ſubjectione abſtrahitur*, per R. Imp. de annô 1548. §. als auch durch / & R. J. de anno 1566. §. demnach. Conf. Vietor. *de cauſis exempt. concluſ. 9.* Gailium *l. 1. O. 21. num. 1.* & alios. Ipſos *exemptionis* modos quod attinet, diverſi illi ſunt: aut enim illa contingit per *exemptionem propriè ita dictam*, vel *impropriè talem*, ut *præſcriptionem* & *omisſionem*. Illa rurſus accidit, quando quis aut ſeipſum eximit, aut quando alium. Prioris generis illa dicitur *voluntaria ſubjectio*, quâ Status Imperii tùm ratione domicilii, tùm ratione bonorum alteri Statui ſe ſubjicit, ejusve Landſaſſum, ut vocant, ſeſe facit & nominat, ſive bona habeat allodialia, ſive non. Verba ſunt Dn. Myleri *de Princip. & Stat. Imp. cap. 100. num. 8.* Qui hoc ipſum olim licuiſſe, etiam non impetratô Imperatoris & Statuum conſenſu, exiſtimat ex R. A. de anno 1548. §. Und als durch / ibi: Bevorab ſo die Außgezogene Ständ ſolches außziehens und vertrettens zu frieden ſeynd. Alteram Exemptionem, quando quis ab alio eximitur, conſtituit vel *ſpecialis Imperatoris conceſſio*, Principi Imperii jam â plurimis retrò computatis annis facta, ut hunc vel illum Imperii Statum, tanquam Landſaſſum in Comitiis aliisve actibus Imperii repræſentet, ac pro ſubdito habeat. Dn. Myler. *de Stat. Imp. c. 100. num. 11.* quam *num. 12. ibid.* olim quidem valuiſſe non dubitat, hodiè tamen, reſtrictâ per Capitulationem Imperatorum poteſtate, conceſſionem hanc reprobatam eſſe exiſtimat. add. Klock, *de contribut. cap. 19. num. 58.* & Aſſert. jur. Ar-

chi-Epiſcop. contra Brem. *pag. 69.* Vel *graviſſimi alicujus delicti commiſſio*, qualis eſt læſæ *M*ajeſtatis aut Perduellionis crimen, ob quod quis Cæſaris & Ordinum conſilio ex numero Statuum cum nota exiſtimationis deletur & exterminatur, ejusque territorium alii Principi aſſignatur, *arg. l. 2. §. 2. ff. de his qui not: infam.* & *l. 21. ff. quib. mod. uſusfr. amitt.* vid. Gail. *l.* 1. *O.* 21. *num.* 11. Petr. Frid. Mind. *l. 2. proceſſus. cap.* 67. *num.* 15. Vietor. *de cauſ. exempt. concl.* 17. Dn. Myler. *d. l. num.* 2. & Knipſchild. de *jur. & priv. Civit, Imp. lib.* 2. *cap.* 29. *n.* 166. Klock. *de contribut. cap.* 19. *num.* 63. Atque hic modus exemptionis plerumque exercetur in banno Imperiali notatis, qui ex Imperii catalogo non modò delentur, ſed omnia etiam jura ac privilegia amittunt, quemadmodum Vietor *d. l.* ipſas quoque urbes proſcriptas, vomere preſſas, privilegia, honoremque quemlibet perditum iviſſe refert.

XLV.

Accedit his tertius exemptionis modus, quô quis non ab Imperatore, aut Imperio, ſed aliô aliquô, eôque ſuperiori Statu ab immediatâ Jurisdictione Imperii eximitur, (*ſalva tamen manente Jurisdictione mediatâ*, ut benè notat Dn. Myler *de Princ. & Stat. Imp. cap.* 99. *num.* 9.) ſimulque nomen illius è matricula expungitur. Gail. *l. 1. O.* 21. *n.* 1. veluti ſi Princeps Imperii contendat, Comitem vel Baronem, aut Civitatem Imperio immediatè ſubjectam, principaliter ſuum ſubditum, vulgariter Landſaß/ ſuamque Civitatem provincialem eſſe, tàm ratione dominii, quàm ratione territorii: Wann ein Stand des Reichs den andern aus den Reichs-Anlagen und Matricul außziehet/ und Jhn auff den Reichs-Tag vertritt. R. A. de Anno 1541. §. doch ſollen die/ & de Anno 1548. §. als auch durch. & §§. ſeqq. Dn. Myler. *d. l.* & Roding. *in* Π. *Cameral.* 1. *tit.* 8. §. 16. De hâc exemptione notat Blum. in *proceſſ. Cameral. tit.*. 30. §. 46. eam triplici modô contingere. I. Si eximens pro conſentiente exempto collectas ſolvat, quô in caſu, cum Imperio de collectis & jure nihil quicquam decedat, Fiſcalem Cæſareum aliquando adquieſcere poſſe; ſin verò eximens collectas non ſolvat, contra exemptum agere poſſe Fiſcalem, quem indemnem eximens cogatur præſtare, per R. J. de Anno 1548. §. und als durch 52. jung. Klock. *de contribut. cap.* 19. *num.* 19. II. Si neque eximens, neque exemptus collectas ſolvat, atque tum contra exemptum Fiſcalem procedere debere, ac eximentem pro ſuô intereſſe ad id citandum eſſe, d. Rec. Imp.

Imp. §. Etliche andere 53. conf. Petr. Denaiſ. *jur. Cam*. *tit*. 99. §. 11. Ubi tamen multũ Cameræ cognitionẽ tribuendũ eſſe monet, Blum. *d. l.* quæ non ſolùm, utrùm aliquis Status juſtè aut injuſtè exemptus ſit, ſed quoque, an ex legitimis cauſis Imperii collectas ſolvere non ſit obligatus, & num cum onere ſuæ quotæ, an ſine eo exemptori ſit adjudicandus, judicare debeat, d. R. Imp. §. Und ſoll Unſer 54. Exemptori verò viciſſim eſſe reſervatũ, ſi ipſi cum onere de exemptis unus adjudicaretur, pro moderatione penes Imperii Status inſtare §. doch ſoll. 55. vel exemptum aut exemptorem in 4. vel 5. menſes poſſeſſionẽ, vel quaſi libertatis non contribuendi deducere ac probare poſſe, d. R. Imp. §. Wann auch ein/ 56. Denaiſ. *d. l. tit.* 99. §. 13. III. Si aliquis Status alterum invitum & collectas ſuas ſolventem, eximere conetur; quem in finem Fiſcali vel exempto contra exemptorem agendi ſecundum d. R. Imp. §. über ſolches 57. Denaiſ. d. l. tit. 99. §. 14. vel Fiſcali exemptum juraque Imperii in ſimultaneo proceſſu defendendi poteſtas conceſſa eſt, vid Gail. *l. 1. O.* 21. *num.* 1. Ita pro Veſalia, Suſato, Dusburgo & Hervordia, & pro Comitibus von Waldeck/ contra Landgravium Haſſiæ Fiſcum ex Imperii matricula diſputaſſe commemorat Klock. *de contribut. cap.* 19. *num.* 20. *&* 21. Ubi merentur adſcribi, quæ Idem *num.* 56. *& ſeqq.* de iſtiusmodi exemptionibus tradit: *Si Principes*, inquit, *collectas Imperii ex propriis ſumptibus & ordinariis ſuorum territoriorum reditibus pendere tenerentur, & juxta veterum matricularũ normam procederetur, neque Statibus ſubditos in ſubſidium collectandi concederetur facultas, ceſſaret omnis controverſia, & graviſſimum S. Rom. Imperii intereſſe, quod hîc verſatur, liquidò appareret. Intereſt namque Imperii, ut Status illius integrè conſervetur, & numerus Statuum amplietur potiùs, quàm diminuatur: Imperator enim ipſe non ſolus hodiè poteſt Statum alteri ſubjicere & Imperio eximere, multò minus ergò licebit pari, & etiam Statui idem facere*, ſicut id Dd. communiter concludere aſſerit Knipſchild. *de jur. & priv. Civit. Imp. l. 1. cap.* 18. *num.* 61. *& ſeqq.* cum Imperatoris ſit officium, omnes omnium Jurisdictiones & jura tueri, non verò turbare, quemadmodum expreſsè cautum eſt in Capit: Imp. Ferd. II. & III. §. Und in allewege/ ibi: und in allewege ſollen und wollen wir die Teutſche Nation, das Heilige Römiſche Reich und die Chur-Fürſten/ als die vörderſten Glieder deſſelben/ auch andere Fürſten/ Grafen/ Herrn und Stände bey Ihren Hoheiten/ Würden/ Rechten und Gerech-

Rechtigkeiten/ Macht und Gewalt/ jeden nach ſeinem Stand und Weſen bleiben laſſen/ &c. vid Aſſert. Jur. Archi-Epiſcopal. contra Bremam, *p.* 69. adeò ut nequidem Imperator cũ Electoribus formam pro Imperii ſtatu conſtitutam mutare valeat. v. Heig. *p. 1. q. 5. n.* 2. Zaſius *lib.* 2. *conſ.* 10. *num.* 26. Quod contra fit, pergit Klock. *d. l. num.* 58. nullô jure poteſt juſtificari, ſed eſt falcem in alienam meſſem mittere, & ob hoc mandata etiam ſine clauſula Statui moleſtato decerni poſſe & debere, ſcribit ex ſententia Dn. Referentis in voto ſuo apud Gylmannum *l.* 2. *deciſ. in variis deciſionibus, in calce libri additis num.* 10, 11. & 12. *pag.* 784. *& ſeq.*

## XLVI.

Quando autem facili negotio inter eximentes & exemptos de collectis ſolvendis lites ſuboriri poſſunt, probè iccircò conſiderandum venit, an exemptiones adhuc ſint juris dubii & in lite pendente, an verò ſententiâ vel ſublatæ, vel confirmatæ & juris firmi. Hujus generis ſunt illæ, quæ ſententiâ Judicis ſunt approbatæ, aut Statuum conſenſu roboratæ. R. A. de Anno 1548. §. deßgleichen ſeynd auch/ Viet. *de cauſ. exempt. concluſ.* 38. *&* ex eô Limnæus *in addit. ad lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 73. atque hôc in caſu, quod collectarum ſolutio exemptori incumbat, extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt. Econtrario, ubi ſententiâ ſublatæ ſunt exemptiones, earundem præſtationem exempto injungendam eſſe, nemo quoque (meô quidem judiciô) facilè inficias ire ſuſtinebit, eò quod talis liberum Imperii membrum manſit, omniaque jura & privilegia priſtina recuperavit, ac exemptio ipſa nulla declarata eſt. Quid verò dicendum ſit, ſi exemptiones ſint juris dubii & in lite pendente, id ſatis perſpicuè docet R. Imp. de Anno 1548. §. Würde ſich/ 62. Ubi illi collectas ſolvere tenentur, qui in Matricula reperiuntur, collectas ſolverunt, ac in quarum poſseſſione eſt Imperium, ſimiliter & illi, qui intra hominis memoriam aliquoties ſolverunt, d. R. §. Wo aber innerhalb. 64. add. R. J. de anno 1576. §. Wo aber. Qui autem nullas collectas ante ſolverunt, atque ſic in quaſi poſſeſſione libertatis ſunt, ad illam ſolutionem ante finitam litem non ſunt adſtringendi, d. R. §. Aber die außgezogene/ 63. Sicut hoc quoque oſtendit Blum. *in proceſſ. Cam. tit.* 30. §. 55. add. Reincking. *de R. S. & Eccleſ. l.* 1. *claſſ.* 2. *cap.* 9. *num.* 119. Cæterùm ſi exemptus & exemptor, ſi huic ille vel cum, vel ſine onere adjudicetur, inter ſe de collectis abs-

que

que iudiciali cognitione convenire nequeant, exemptori, ſi exemptus in matriculâ Imperii reperiatur, ſuasque collectas ſemper ſolverit, ac Imperium in poſſesſione collectandi fuerit, collectæ cum onere accreſcant, hasque ille pro exempto ſolvat, ſecundum d. R. Jmp. de Anno 1548. §. Ob aber der. 58. ſin verò exemptus in matricula quidem Imperii reperiatur, ſed nihil ipſi unquam ſolverit, ille exemptori ſine onere eſt adjudicandus, niſi exemptus intra hominis memoriam ſemel, bis, vel ſæpius Imperio contribuerit. d. R. Annô 1548. §. Hätte aber/ 59. quomodo hæc ex d. Receſſ. deducit Denaiſ. *jur. cam. tit.* 99. §. 15. ubi *eodem tit.* §, 7. ex Receſſu Imp. de Anno 1594. §. Und damit/ 17. illum quoque caſum reſolvit, quòd ſi qui exempti ab aliis fuerint, qui non ſint in quaſi libertatis poſſesſione, vel ipſi, vel pro ipſis eximentes citra juris ſui præjudicium ſolvere cogantur collectas. Quomodo autem & quando collectæ in exemptione augeri poſſint, patet quoque ex ſæpè dicto Receſſu de Anno 1548. §. Und im fall / 60. & 61.

XLVII.

Explicatis etiam exemptionum modis propriè talium, quando nimirum quis ſeipſum, aut ipſum alius, isque ſuperior Status matriculâ eximit, videndum nunc paucis, quâ ratione quis non directò ab alio, ſed prætextu quôdam, eôque vel *præſcriptionis*, vel *omisſionis* ſive *præteritionis* eximatur. Et primus quidem modus, quô poſſesſio libertatis præſcribitur, perſpicuis verbis probatur per Receſſ. Imp. de Anno 1548. §. Wann auch ein Außgezogener/ 56. ibi: und dargegen wider Jhn nicht dargebracht werden mögte / daß er je in Menſchen Gedächtnüß in deß Reichs gemeinen / und nicht privilegirten Hülffen contribuiret &c. oder wider die Reichs-Anſchläge und Hülff legitimè præſcribirt habe/ quem ſequitur Vietor *de cauſ. exempt. concluſ.* 17. atque hunc modum eximendi maximè omnium in proceſſu hodie Fiſcali attendi, ex Scipione *l.4. deciſ. Cameral.* 126. addunt. Vietor. *d. l.* Dn. Myler *de Stat. Imp. cap.* 100. *n.* 3. & Knipſchildt *de jur. & priv. Civ. Imp. l.* 1. *cap.* 18. *num.* 59. De hâc autem præſcriptione anceps exoritur quæſtio, quale tempus ad illam conſtituendam requiratur? Si ex juris privati principiis quæſtio hæc dilucidanda eſſet, fortaſſis haud malè præſcriptioni huic 40. annorum ſpatium tribueremus, ſecundum *l. fin. C. de fund. patrimonial.* & *t.t.* C. *ne rei dominicæ &c.* ubi res patrimoniales Principis 40. annis præſcribi dicuntur. Videri poſſunt hîc Dn.

 Hahn.

Hahn. *in obſerv. theoret. pract. ad Weſ. tit. ff. de uſurpat. & uſucap. num.* 7. & Dn. Struv. *in Syntagm. jur. Civil. Exerc.* 43. *th.* 19. Aut etiam tempus immemoriale, cujus initii memoria non extat, hîc locum haberet, quomodo præſcribuntur immunitates à functionibus publicis, *l.* 4. & 6. C. *de præſcript.* 30. *vel.* 40. *annor.* Dn. Struv. *cit. Exercit. th.* 24. Verùm cum *d. l. f. C. de fund. patrim.* & *t. t.* C. *ne rei dominicæ* &c. de rebus ad privatum Principis patrimonium ſpectantibus, quæ differunt à rebus fiſcalibus, utpotè quæ non tàm in Principis, quàm in Principatus patrimonio ſunt. *l.* 39. §. *f. ff. de legat.* 1. Dn. Hahn *d. l.* leges verò adductæ 4. & 6. C. *de præſcript.* 30. *vel.* 40. *annor.* de longè diverſâ ab hâc noſtrâ præſcriptione loquantur, atque adeò in jure communi de rebus, Imperii Status, vel ſuperioritatem, ut vocant, aut tributorum exactionem concernentibus, nihil planè de cujuscunque etiam temporis præſcriptione diſpoſitum eſſe certum habeamus, ideò quæſtionem hanc ex legibus & conſtitutionibus Imperii noſtri Romano-Germanici, & quidem vel maximè ex præſcriptâ formâ procedendi ac excipiendi in d. Receſſ. Auguſtano de Annô 1548. §. Wann auch ein Außgezogener/ &c. dijudicandam eſſe, non immeritò exiſtimamus cum Meichſnero *tom.* 3. *deciſ.* 6. *num.* 39. & Gailio *l.* 1. *O.* 21. *num.* 15. qui *probatio,* inquit, *exemptionis ſeu libertatis in adverſarium, puta eximentem juſtè rejicitur, ut ipſe doceat & probet, poſt hominum memoriam exemptum Imperio nihil penſitaſſe, aut contribuiſſe, neque Regalia ab Imperatore tantô tempore recognitâ fuiſſe. Item quod exemptus ſe ſemper pro ſubdito eximentis geſſerit, ad Comitia provincialia tanquam ſubditus comparuerit, onera patrimonialia ſuſtinuerit, mandatis eximentis ſemper paruerit, eum pro judice in primâ & ſecundâ inſtantiâ agnoverit, omnesque actus Juriſdictionales præſtiterit, ex quibus ſubjectionis certiſſima argumenta ducuntur, idque tantô tempore factum, cujus initii in contrarium non extat memoria hominum; nam talis præſcriptio vim conceſſionis & privilegii habet. c.* 26. §. *præterea, X. de V. S.* add. *l.* 2. & *ult. ff. de aqv. pluv. arcend.* & *l.* 3. §. 4. *ff. de aqu. quotid.* & *æſtiv.* Ad hoc autem tempus, ut dicatur immemoriale, probandum ſufficiunt teſtes fide digni, & ætate provectiori Venerabiles, qui à majoribus ſemper audiviſſe, ac ſeipſos vidiſſe, eximentem Juriſdictionis actus in territorio exempti exercere, deponant, *arg. l.* 28. *ff. de probat.* Vietor *de cauſ. exempt. concluſ.* 17. & Dn. Myl. *de Princ. & Stat. Imp. c.* 100.

*num.* 5.

*num.* 5. Ne tamen in infinitũ tempus hoc videatur extendi, centum pleꝛumque annorum ſpatiô jura noſtra illud definiunt, *arg. l. 56. ff. de uſuſr.* & *l. 23. C. de S. S. Eccleſ.* vid. Dn. Myler. *cit. loc. cap.* 100. *num.* 5. quamvis enim accuratè loquendo tempus immemoriale, ſive tempus memoriam excedens differat à centenario, tamen tempus centum annorum communiter illô nomine venit, quod communis humanæ vitæ terminus habeantur centum anni, & hocce immemoriale tempus quaſi infinitum ſit moraliter. Dn. Hahn. *in not. ad* Weſ. *tit. ff. de uſurpat. & uſucap. num.* 7. Aliter tempus immemoriale hoc in loco conſiderandum, ac ideo cum præſcriptione centenaria perperam illud nonnullos confundere cenſet Vietor *de cauſ. exempt. concluſ.* 17. Etenim *in foro*, inquit, *ut probetur tempus carere memoria, ſufficit teſtes laudare canitie venerabiles, qui nec ſe vidiſſe, nec homines, qui viderint, vidiſſe, ſed à majoribus ſemper contrarium audiviſſe profiteantur d. l. 28. ff. de probat.* quæ demonſtrandi ratio, ſi vero ſimilis ſit, non abſurdè immemoriale tempus etiam ſeculô minus eſſe poſſe, alios ſcripſiſſe ibidem addit. Et hæc quæ diximus, in præſcriptione tantùm immedietatis obtinent, ut quis ſcilicet Imperatori immediatè non ſubſit, vel contributiones non ipſi, ſed alteri Statui ſolvat; an verò etiam planè ab Imperii ſubjectione etiam mediata his modis liberari queat ſubditus, hîc non definimus, vide *interim c. cum inter,* X. *de conſuetud. c. cum non liceat, X. de præſcript. c. Imperialem* ibi: *nullius temporis præſcriptione impediente, de prohibit. feud. alienat. per Frideric.* 2. *F.* 55. *l.* 6. *inſ.* C. *de præſcript. 30. vel 40. annor. l. 6. C. de operib. publ. l.* 1. & 2. *C. ne rei domin.* Vietorem *de cauſ. exempt. concluſ.* 12. Knipſchildt. *de jur. & privil. Civit. Imp. l.* 1. *cap.* 18. *num.* 48. 49. & 60. & autores plures alios; adde tamen Conringium de *finibus Imperii Germanici, c.* 19.

## XLVIII.

Sequitur alter exemptionis modus, impropriè ita dictus, qui dicitur *Præteritio*, & accidit, quando novum Imperii album ſive matricula conficitur & in eâ Civitatum nonnullarum (ut in Comitiis Wormatienſibus annô 1521. factum) quarum in prioribus matriculis mentio facta, nomen omittitur. De quâ omiſſione ſeu præteritione illa præcipuè inter Doctores urgeri ſolet quæſtio: an hujusmodi omiſſio pro deletione, & iſtæ Civitates pro exemptis ab Imperio per Principes habendæ ſint? Quâ de re dubitatum eſt in cauſa Braunſchweig contra

Braunſchweig. Caſpar Klockius de contribut. *cap.* 19. *num.* 65. & *ſequ.* & ex eo Knipſchild, *ſæpè dicto tract. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 14. & *ſeqq.* negativam amplectuntur ſententiam, quod nempè præteritio illa minimè pro deletione ſit habenda; ſed ſive pro deletione ſit habenda, ſive pro deletione non ſit reputanda, civitatibus tamen iſtis non præjudicet, ſed pro tali habenda, ac ſi civitates illæ, ut jam olim, mit ihren Anſchlägen/ ita adhuc dum recentioribus matriculis inſertæ eſſent. Quam inſuper aliquot, iisque haut contemnendis rationibus confirmat Klockius *d. l.* ſed in præſentiarum unicam ſaltem adduxiſſe ſatis eſt; *quia mutatio iſta circa pragmaticam Imperii formam inſciis & abſentibus Civitatum Deputatis facta, & Civitates iſtæ novam hanc matriculam ex intervallo ſibi oblatam non receperunt, nec approbarunt, ſed eidem potius contradixerunt, & proteſtando jus ſuum ſibi ſalvum ſartumque conſervârunt, qualis proteſtatio pro Stylo Imperii non fuit rejecta, ſed in archivo Civitatum Imperialium, quod eſt Spiræ, etiamnum originaliter aſſervatur.* Johann. Dauth. apud Klock. *conſil.* 134. *num.* 55. & *ſequ.* Plures rationes videri poſſunt in Ejusdem ſuperiùs citato tractatu *de contribution.* Et hæc de materiâ exemptionum, & illarum cauſis pro temporis & inſtituti ratione paucis attigiſſe ſufficiat, qui plura deſiderat, adeat Vietorem *de cauſis exemptionum.*

## XLIX.

Id ſaltem adhuc monendum putamus propter frequentiam hujusmodi exemptionum, imprimis earum, quando eximens in ſe exempti onera recipere noluit, creberrimas & graviſſimas lites in Imperio ſæpius obortas, plurimasque necdum deciſas eſſe, uti patet ex R. A. de annô 1576. §. bey Berahtſchlagung/cum §§. ſeqq. vid. acta Brunſvvicenſia *tom.* 2. *num.* 180. & Myl. *de Stat. Imp. cap.* 99. *num.* 10. ac ideò res Imperii noſtri non leviter turbatas, maximèque pernicioſas ei ſemper extitiſſe, & etiamnum exiſtere tales exemptiones; è re enim eſſe Reipublicæ, ne fiſcus tabeſcat, nec quid ſentiat diſpendii, dilucidè conſtat *ex l.* 1. §. 20. *ff. de quæſtion.* in qua JCtus Ulpianus *in tributis* inquit, *eſſe Reipublicæ nervos, nemini dubium eſt.* Id quod confirmat Imperator Juſtinianus *Nov.* 8. *cap.* 10. §. 2. *in fin. Nov.* 27. *cap.* 1. & *Nov.* 149. *cap.* 2. ubi ſequentia habentur verba: *Impoſſibile eſt, ut ſacris tributis non illatis, alioqui Reſpublica conſervetur.* Deinde exemptionum

num multitudine publica Imperii munia impediuntur, ut teſtatur Imperator in *Nov. 43. in præfat.* ipſa quoque variatur Imperii Matricula, collectæque redduntur incertæ. R. A. de Anno 1548. §. Wiewol nun deß Heiligen Reichs. &c. ibi: und des Reichs-Anſchläge in eine beſtändige gewiſſe Ordnung zubringen/damit man ſich derſelben in des Heiligen Reichs zufallenden Nöthen fruchtbarlich gebrauchen/und lauter verſtehen möchte/was man ſich derſelben zu getröſten hätte. Et Imperii denique membra, conſilia & vota minuuntur, de quibus plura vid. apud Reinking. *de R. S. & Eccleſ. l.* 1. *cl.* 2. *cap.* 9. *num.* 124. *& ſeqq.* Hinc illæ Imperatoris & Statuum Imperii querelæ in R. J. Zu Speyer/ de Anno 1570. §. Als wir dann weiters/ &c. ibi: Zu deme würden die exemptiones gar zu gemein/ und vielmahl die geringere Stände durch andere mit der That eximiret, und doch nicht vertretten/dadurch dem Heiligen Reich an ſeinen Gliedern / Seſſion / Stimm/Vermögen / und Hülffen groſſe Zerrüttung und Abgang erfolgen thut. Atque ideo in Comitiis annô 1613. expreſſè propoſitum fuit, quod de 4000. Equitibus, & 20000. peditibus, qui in Matricula Wormatienſi de Anno 1521. requiruntur, dimidia vix hodiè pars ritè præſtetur, prout probè obſervat Dn. Oelhafen/ *in templo pacis Orat.* 5. *pag.* 221. Quæ res fecit, ut de Matricula reſarcienda Status Imperii ſæpè multùmque cogitarent, quod luculenter oſtendi poteſt ex Receſſu deß Deputation-Tags zu Franckfurth de Anno *1571.* (pro quo minùs rectè adducit Reinking. Receſſ. Imp. de Anno *1541*) §. Und wiewol ſie/ ibi: auch was dem Reich an ſeinen Gliedern/Landten und Gütern entzogen/wiederumb ergänzet / und alſo die gemeine obliegende Bürden deſto mehr erleichtert werden möchten. add. R. A. Annô 1613. §. durch was Mittel/ibi: und dann die Reichs-Matricul wiederumb zu ergänzen. & R. A. de Anno 1654. adductis jam ante locis. Vid. Reinking. *de R. S. & Eccleſ. l.* 1. *cl.* 2. *cap.* 9. *num.* 128. Cui rei fidem quoque facit iſtud, quod ſingula comitia longô ab hinc tempore cura reſtaurandi & ad perfectionem deducendi matriculam maximè fatigârit, cujus meminit Limnæus in addit. *ad l.* 1. *cap.* 7. *num.* 73. *ſub fin.* quem in finem videri quoque poſſunt R. J. de Anno *1544.* §. Damit nun dieſem/ de Anno *1576.* §. Darumb ſetzen / & Anno *1594.* §. Zum erſten/ add. Dn. Myler. de *Stat. Imp. c.* 102. *num.* 2.

Proinde ne exemptiones nimis frequentes fiant, exemptorumque numerus in dies magis magisque adaugeatur, Fiſco Imperii adverſus exemptos in Camerâ agendi facultas conceſſa eſt. Qualem verò actionem Fiſcalis inſtituat, id apertè ſatis docet Receſſ. Imp. de Anno 1548. §. Etliche andere aber/ &c. ubi generali lege ſancitum eſt: Darauff haben wir Uns mit Chur-Fürſten/Fürſten/und gemeinen Ständen/ auch der abweſenden Bottſchafften und Geſandten verglichen/ daß Unſerm Käyſerlichen Fiſcal dieſer außgezogenen und außziehende Stände ein Verzeichnuß durch die Mäyntziſche Cantzley zugeſchickt werden ſoll/und ſoll bemeldter Unſer Käyſerlicher Fiſcal hiemit Befehl haben / wider die Außgezogene zu procediren, auch die Außziehende vor Ihr Intereſſe darzu citiren, conf. Klock. *de contrib. c. 19. n. 18.* & Meichſner. *deciſ. Cameral. tom. 3. deciſ. 6 pag. 59.* Inde actio hæc appellatur condictio ex lege Imperii. In hâc autem actione Fiſcalis celeriter procedere tenetur, nec ulla retardatio â Collegio Camerali ei permittitur, & nonnunquam ex officio Fiſci ſumptibus, ſi videlicet non imploretur, per R. J. de anno 1654. §. Berührtem Unſerm / 93. Deinceps ſummariè quoque, levatô, quod ajunt, velô, & de ſimplici & plano in eâ ut procedat, requiritur, ac quævis ejusmodi cauſa intra biennium à primo comparitionis termino proximum determinationem ſuam per ſententiam definitivam, ejusve vim habentem, nanciſci debet. Receſſ. Imp. de Anno 1548. §. Etliche andere/ 53. cui omninò addend9 eſt. Receſſ. Imp. de anno 1576. §. Anfänglich ibi: Exemptions-Sachen ſoll man favore Imperii befördern/ und zum ſchleunigſten darinn procediren: niſi eæ exemptionum cauſæ ſint, quæ altiorem requirant indaginem, in quibus juris ordo obſervandus. Gail. *l. 1. O. 20. num. 5.* & *1. O. 21. num. 1.* Klock. *d. tract. cap. 19. num. 22.* Denaiſ. *jur. cameral.* verb. *contribut. Turcicæ num. 11.* Blum. *in proceſſ. Cam. tit. 30. n. 56.* Quod tamen æque ac *l. 13. C. Judic.* in Camera ob cauſarum multitudinem obſervari haut poſſe, addit Klock. *d. l. n. 23.* Denique quod circa hanc actionem adhuc nobis diſcutiendum venit, eſt onus probationis, cui illud ſit imponendum. Notum autem eſt vulgare illud: ei, qui agit, incumbere probationem, *l. 2. ff.* & *l. 23 C. de probat.* Id tamen fallit, quando præſumptio militat contra reum, *l. 25. ff. de probation.* qualem quoque præſumptionem Fiſcus adverſus eximentem habet. Inde igitur facilis eſt conjectura, quod cum Fiſcus

eus intentionem ſuam fundatam habeat ex albo, ſeu matricula Imperii (ut ſuprà memoratum) & ſemel in matriculam relatus juris præſumptione tantiſper pro Statu habeatur, donec ab eximente contrarium doceatur, vid. c. *cum perſona, de privil. in 6to. c. cum dilectus, X. de relig. domib. & l. 1. ff. de albo ſcrib.* non immeritò exemptionis probationem in adverſarium ſeu eximentem Procurator fiſcalis rejiciat, *d. l. 25. ff. de probation.* add. Knipſchild. *de jur. & privil. civit. Imp. l. 1. c. 12. n. 8.* Gail, *l. 1. O. 21. n. 4.* Sprenger *in Jurisprud. publ. p. 185.* Klock. *de contribut. c. 19. n. 31. & ſeqq.* qui in eodem tractatu alias quoque rationes ſubdit, in quibus intentio fiſcalis fundetur. Atque hæc de arduâ hac materiâ pro ingenii viribus annotaſſe ſufficiat.

# DEO TER. OPT. MAX. SIT LAUS, GLORIA ET GRATIARUM ACTIO IN OMNEM ÆTERNITATEM!

INduxeram animum ſubjungere hîc Matriculam anni 1521, qualis illa in Comitiis Wormatienſibus prodiit ex MSSto bonæ notæ exemplari, quod eſt in Bibliotheca Ampliſſimi Dn. Præſidis, & annectere demum aliam Cameralem, quæ hactenus typis edita non eſt, quam exhibuit annô 1654. Cameræ Fiſcalis, quod tamen inter alia Typographi negotia feſtinandum nobis fuerit, hâc vice poſtremam ſaltem exhibemus, cujus Inſcriptio talis eſt.

Er=